

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 8: De qualitate religiosorum (7)

Idem (Ieronimus):

Vestes sint monacho tantum ad necessitatem,
non ad pulcritudinem.

AGVSTINVS DIXIT:

Vestis autem tibi pura circumdetur,
non ad pulchritudinem, sed propter necessarium
tegumentum, ne dum exquesitis in uestimentis uestieris,
in alteram turpitudinem summas.

Defensor Locociagensis, *Liber scintillarum*, 43.6
(CCSL 117, H. Rochais ed., p.156).

GREGORIVS DIXIT:

Nemo enim pretiosa vestimenta querit
nisi ad inanem gloriam,
ut honorabilior videatur esse cunctis.

Nemo quippe uestimenta preciosa,
nisi ad inanem gloriam, quaerit,
uidelicet honorabilior ceteris uideatur.

Defensor Locociagensis, *Liber scintillarum*, 43.9
(CCSL 117, H. Rochais ed., p.156).

Nemo quippe uestimenta praecipua
nisi ad inanem gloriam quaerit,
uidelicet ut honorabilior ceteris esse uideatur.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 40.3
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.399, ll.136-138).

Christus enim non querit pulcritudinem corporis,
sed animam plenam caritate.
Pulchritudine enim viri et mulieris multi decepti sunt.

[fons nondum repertus]

[fons nondum repertus]